

Andreas Daniel Habichhorst    Johann Joachim Weidner

## **Dissertatio Exegetica, De Domino Super Nube Levi Equitante Et Aegyptum Intrante, Ex Jsai. XIX. V. 1**

Rostochi[i]: Richelius, 1689

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74696515X>

Druck    Freier  Zugang





48

49. els.


Fa-1092 (48.)


1. Joach. Justus Rau de certitudine interpretationis sacrarum literarum. Region 1737.
2. Jon. Com. Schramm de Versionibus Bibliorum vernaculis Helmsi. 1756.
3. Christ. Bernh. Reichert Observationis critico-philologicae in Gen. 1. 1. Wittenb. 1716.
4. Sam. Aleri de Euae ex Adam costae aedificatione ad Gen. 11. 22. 22. 1700. Postach. 167A.
5. Jo. Fronmied de Cherubim et gladio flammarum. ad Gen. 111. 24. Wittenb. 1661.
6. Jo. Knath. Bernhold de protouangelio Paradisei ad Gen. 111. 15. Helst. 1732.
7. Jo. Frederici Cottae observationes ad Gen. 11. 22. Götting. 1737.
8. Christo. Weglester de serpente seductore ad Gen. 111. 1. 2. 14. Helst. 1697.
9. Franc. Fabricius de impositione nominis Sethi ad Gen. 11. 25. Lugd. Bat. 1712.
10. Jo. Guil. Regerus de odore vestium Isaac ad Gen. 27. 15. Helst. 1706.
11. Jo. Christian Alumius de Messia in visione Jacobi adumbrato ad Gen. 28. 12. Joh. 1. 52. Helmsi. 1720.
12. Jo. Friedr. Regerus de admirabili Jacobo cum duobus parvulis coniugis ad Gen. 28. 12. Lips. 167A.
13. Jo. Friedr. Christ. Fesser de iuramento Josephi per vitam Pharaonis ad Gen. 42. 15. 16. Region. 1731.
14. Jo. Trifhemmler prodromus de vaticinio Jacobaeo Gen. 42. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Gen. 1651.
15. Jon. Com. Schramm de hissope paschali ad Exod. 12. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Helmsi. 1735.

16. Jo. Seb. Dentius de Judaeorum veterum factationibus religio-  
sis ad Lev. 20. xxxii. 6. 19. Lips. 1798.
17. Jo. Geo. Michaelis de decibus quibus <sup>purgationi</sup> sacrificia Levit. 27. 1-8 Hal. 1797.  
tir eorum <sup>sem</sup> mysteria ad Levit. 27. 1-8 Hal. 1797.
18. Jo. Christo. Wichmannus haufen de corpore feisuffis et fequis non  
ruentibus ad Levit. xxx. 28. Wittenb. 1719.
19. Jo. Geo. Abichtius de servorum Hebraeorum acquisitione  
et mancipio servitio ad Levit. xxx. 29. 30. 31. 32. 33. 34.  
3 Joh. math. III. 11. Joh. XIII. 4. Lips. 1702.
20. Petr. Jornius de manipulo primitiarum ex messe hordei  
Levit. XXIII. 16. ff. 1 Cor. XV. 20. Col. 1. 17. Ed. 1700.
21. Christ. Kortholtus de Virga Aaronis florida ad  
Num. XV. 11. Kil. 1672.
22. Jo. Maier de virga Aaronis florida ad Num. XVII.  
o. Wittenb. 1680.
23. Abrah. Calovius de conversione Judaeorum ad Deut. 10.  
30. Hof. XIII. 4. 5. Thon. XI. 25. Apocalyp. XIX.  
6-10. Wittenb. 1679. reus. 1701.
24. Jo. Wich. Helligerus de vestibus euntibus Israelitarum in de-  
serto ad Deut. VIII. 4. xxix. 5. Neh. IX. 25. Wittenb. 1676.
25. Christo. Schöneich de verbis Moysi Deuter. xxix. 29. Reg.  
1721.
26. Jo. Geo. Abichtius de vestibus sacerdotum ad Jos. V. 2. Lips. 1712.
27. Em. Tricer. Cobius de Sarcota ad Jos. XIX. 29. Wittenb.  
1720. rec. Helmst.
28. An. Jan. Habichtshofius de actum Gedeon ad Jos. VII. 24. Hof. 1687.
29. Jo. Frischmuthus de venigmate Sanson ad Jud. XIV. 14. Jan. 1682.
30. Jo. Adm. Schmidius de regina Austria ad 1 Reg. X. 1. Jan.  
1695.

31. Jo. Trifschmutter de Eliae Prophetae nomine et profapia  
(Reg. XVII. 1. Gen. 1600)
32. Val. Hecker de Ichu celo. ad 2. Reg. X. Lips. 1605.
33. Jo. Geo. Nichtius de Geste Jobi ad Jobi XIX. 25. 26. 27. Lips. 1605.
34. Jo. Andr. Siegrus de formula 477. 797-79 de Geste  
 informato ad Job. XIX. 23. Lips. Dresd. 1737.
35. Franc Wolkenius de 51728. in quo pendente sensus ad  
 G. XVI. 2. G. A. Witten 1729.
36. Jo. Trifschmutter de Messia in sepulchro non relinquitur  
 nullique corruptioni obnoxio ad G. XVI. 10. Jen. 1600.
37. Jo. Trifschmutter de manu non unquam Messias in eundem  
 crucifixione perforatione ad G. XII. 37. Jen. 1663.
38. Job. Schmidius de refectione Messias ad G. XVI. 8. Lips. 1690.  
 Witten 1730.
39. Jo. Leonh. Reckenberger de specie domus ad G. XVIII. 2.  
 13. Jen. 1737.
40. Jo. Deutschmann de Christi hominis ad dextram sedentis  
 ad G. CX. 1. Witten 1667.
41. Mich. Pocius de Ornamento festi ad G. XVIII. 27.  
 Witten 1677.
42. Programma de nomine Israelis tutelari ad G. XXI.  
 Helmst. 1732.
43. Jo. Christi Hebenstreit de pane super aquas mittendo. ad  
 Colol. XVI. Lips. 1737.
44. Jan. Cor. Schramm de prophetis posteris Helms.  
 1734.
45. Jo. Christ. Arthob de auctoritate verbi divini non fidei  
 ad Jes. VIII. 20. Lips. 1715.

46. Jo. Frischmuthus propaganda Messiae ad Jes. IX. 6.  
Jer. 1684.
47. Andr. Daniel Habichtshorstius de Domino super nube leui equi-  
tante et Aegyptum intrante. ad Jes. XLIX. 1. Ross. 1689.
48. Jo. Andr. Darius de Judaeis proprio gladio jugulatis ad Jes. LIII. Witel 1679.
49. Christo. Sontagius de novissimorum novissimo ad Jes. LXIV. 2.  
(Cor. II. 9. Act. 1697.
50. Jo. Friedr. Siebritzius medicatus, quod recedam applicationem  
Neumannii ad Jer. XXXIV. 22. examaal Hal. 1777.
51. Jon. Conr. Schrammii de cunctis regni Christi in his  
terrīs ad Dan VII. 19. 14. 9. 10. Heluss. 1774.
52. Ernst. Friedr. Neubauerus de Michade Messia et  
ipso Judaeorum testimonio comprobato ad  
Dan XLII. 1. XLII. 1. Jud. v. 9. Apocalyp. XII. 7.  
Gies. 1733.
53. Jon. Conr. Schrammii novissimum prophetarum de novissimis  
voluntatem ad Dan XII. 2. Heluss. 1774.
54. Jo. Christo. Wesius de juvenis laborum ad Reg. XIV. 3.  
Witel 1711.
55. Jo. Friedr. Majerus de poenitentia bestiarum Viriuntica  
ad Jon III. 7. d. Leip. 1670.
56. Mich. Procius de Rabbini templum tertium fingentibus  
ad Hag. II. 7. Witel 1677.
57. Jo. Andr. Quenstedius de deservio omnium gentium ad  
Hag. II. 10. Witel 1688.
58. Sam. Leimonius de confectio pacis ad Zach VI. 12. 1.  
13. Norn. 1705.
59. Jo. Joliff. Neunhertii obsem. philol. in Nisch. h. 11. 15. 16. Leip. 1723.
60. Jon. Conr. Schrammii programma, quo desensio quaedam  
Pentateuchi Worthheimianis expenditur Heluss. 1777.





3-47.  
DISSERTATIO EXEGETICA,  
DE

# DOMINO

SUPER

# NUBE LEVI EQVITANTE

ET

# ÆGYPTUM INTRANTE,

Ex JSAL. XIX. v. 1.

Quam

Auxiliante DEO - Homine & R. FCte Theol. consentiente,  
PRÆSIDE

ANDREA DANIELE  
HABICHHORSTIO,

S. Th. D. ejusdemq; P.P. & Seren. Duc. Me-  
kelb, Consiliario Consistoriali, Collegiiq; Proff. Ducalium  
ac FCtis Theol. Seniore & h. t. Decano,

ad d. 9. Febr. A. 1689. in Aud. Maj. illustris Acad. Rostochiensis

ou Cyriaci Academicæ exponit

M. JOH. JOACHIM. Weidner/  
Rostochiens.



Rostochi, Typis JACOBI RICHELII, Ampl. Sen, Typogr.

23 Dupl

56.

53.

51.

51.

4

4

47

40

43

DISSEMINATIO

DOMINO

SUPER

MURBULEVI

FOVITANTE

ET

EGYPTUM INFRANTE

ANDREA DANIELE

HARICHORSTIO

2 THE...

coll. G...

# DISSERTATIO EXEGETICA

De  
Domino super nube levi equitante & Ægyptum  
intranse



Est Massa Cusch five *Æthiopicum* im-  
mediatè cap. XIX. incedit Massa  
מצרים seu Prophetia contra *Ægyptum*  
edita, cujus copulæ vel immedia-  
tæ consecutionis rationem innuere  
Propheta videtur seqv. c. XX. 3. u-  
bi is nudus & discalceatus jussu DEI  
incedens, futuram *Ægyptiorum* *Æ-*  
*thiopumq;* ab Assyriis deportandorum nuditatem & dis-  
calceationem repræsentavit Jhudæis, qui soli DEO non  
confidebant, sed ad *Æthiopum* *Ægyptiorumq;* opem  
respiciebant, hujusq; adeo & præcedentis Massa comple-  
mentum externo quodam & evidenti Symbolo, in Jhu-  
dæorum oculos incurrente, obsignavit. Scilicet hæ gen-  
tes fœdere contra Assyrios se conjungebant, hinc eadem  
quoque in annunciatione supplicii, quod Assyrius infer-  
re debebat, conjungendæ erant. Licet autem Massa hoc,  
æque ac alia, sit *pænale*, adeoque *Ægypto* pœnam & ever-  
sionem prænunciet; nihilominus tamen, ceu alibi, ita &  
hic, pœnæ vel minis annectitur *Consolatio Evangelica*, qua  
post *eversionem* *Ægypto* prædicatur *conversio* tempore Mes-  
siæ futura, ut adeo si clausula hæc Evangelica pro parte  
hujus Massa placuerit haberi, *due* sint capitibus hujus partes  
constituendæ, quarum prior, *qua pœnalis*, *Ægypti humili-*  
*ationem & everSIONem*; posterior, *quæ Evangelica*, ejusdem  
*exaltationem & conversionem* prædicat. In priori parte cir-  
ca *Ægyptum humiliandam & everSendam* varia occurrunt,  
scil. (1) *Ægypti commotio* v. 1. (2) *fluminum terraq;* *nascen-*  
A *tium*

56.

53.

51.

51.

4

4

47.

40.

*tium Ægypti consumptio v. 5. seqq. (3) Eiusdem mœstitudo v. 8. (4) obstupefactio v. 11. seqq. Ad commotionem spectant, quæ primo statim versu leguntur verba הנה רכב ויהוה רכב על עב קל וכה מצרים i. e. Ecce Dominus equitat super nube levi & intrabit Ægyptum & movebunt se simulacra Ægypti à facie ejus & cor Ægypti liquefiet in medio ejus. De quo Domino & nube veloci, super qua Dominus equitavit & Ægyptum intravit, quin aliquid annotemus facere non possumus: quæritur enim, an hæc verba de Domino Jesu infante cum Matre tanquam nube levi, in Ægyptum fugiente, loquantur; an verò alium admittant sensum? quem proinde investigabimus & deinde usum paucis subjungemus.*

§. 2. Pro sensu loci indagando distinctè consideranda essent sequentia (1) Dominus & quis ille? (2) ejusdem equitatus & ingressus in Ægyptum (3) terminus ad quem equitatus & ingressus. (4) Vehiculum nubis, qua equitavit & incessit (5) effectus ejusdem incessus, nempe simulacrorum cordiumq; Ægypti commotio. Ceterum his hac vice ambagibus haut indigemus, sed unâ tantum quæstione tractanda includemus: Scilicet quæritur, an Propheta b. l. literali sensu fugam & iter infantis JESU in Ægyptum, quod monitu Angeli Josephus cum Maria & infante suscepit juxta Matth. 2. prædixerit, ita ut Dominus insidens nubi levi & Ægyptum intrans sit infans Dominus Jesus, & nubes levis super qua incessit, notet humanam ejus naturam, sive matrem ejus Virginem; an verò hic ad adventum Christi in Ægyptum per levem Evangelii nubem respexerit? an verò majesticum Domini ut judicis, Ægyptum repente & conspicuè punituri & in nubis vehiculo repræsentati, incessum indigitaverit?

§. 3. Quod enim Casaubonus olim Exerc. 2. adversus Baronii Ann. n. 14. de veteribus dixit: *observare licet in*  
*wete-*

veteribus mirum studium aptandi Messie omnia Prophetarum  
oracula ac penè dicta, quæ res interdum eos impulisse vide-  
tur, ut ea dicerent, quæ haut scio quam sint firma; id sane  
circa hunc quoque locum observare licet. Siquidem Ve-  
teres illum ad Christi tempora referunt, ita ut quidam di-  
cant, Dominum Jesum infantem super nube levi Ægy-  
ptum esse ingressum, & simulacra concussisse in huma-  
nitate sua, alii in verbo suo; in humanitate quando noctur-  
na quadam ἀγῶνια monente, cum Maria Matre & Jose-  
pho in Ægyptum fugit; in verbo, cum Evangelium Ægy-  
ptiis est prædicatum. Ex his ergo quidam per levem hinc  
nubem intelligunt Mariam Virginem, cujus ulnis puer de-  
latus sit in Ægyptum. Ita Ambrosius in Psal. 118. Serm. 5.  
& in Exhortatione ad Virgines, ubi ita de Maria: Nubem  
Mariam dixit, quia carnem gerebat levem; quia Virgo nul-  
lis erat oneribus gravata conjugii, & lib. de institut. Virg.  
hæc, inquit, Christum nobis pluit, & per eum interna mentis  
nostræ humectat & concupiscentiam restingvit. Neque sen-  
tentiam istam Procopius & Hieronymus improbare depre-  
henduntur. Ita enim hic: Virgo Maria nubes dicitur levis,  
quia nullius concupiscentiæ aut conjugii onere prægravata; ille  
vero: super res terrenas quasi nubes eminebat mundumque suo  
peccatorum fœnore & onere allevabat. Syri quoque virgi-  
gem salutantes Mariam, in hæc erumpere verba solent:  
Salve à nobis genitrix DEI, salve nubes velox, de qua dixit  
Esaias gloriosus, salve arca testamenti. Ex qua Syrorum  
oratione clarescit, eosdem ad hunc Isaïæ locum respicere,  
eumque adeo de Christo ejusque matre interpretari. Vid.  
Hakspan. in notis ad h. l. Alii verò per nubem intelligunt  
Christi humanitatem. Ita Hieronymus & Cyrillus h. l. nec non  
Chrysostomus in illud Matth. 2. tolle puerum & matrem ejus  
& fuge in Ægyptum. Eusebius quoque l. 2. Demonstr. c. 4.

A 2

item

item Athanasius, Augustinus, Bernhardus & alii, quos Cornelius à Lap. in Comment. h. l. p. 199. citat: Venit, inquit, Christus in nube levi, i. e. in corpore concepto de Spiritu S. ex sacra Virgine Maria: Sicut enim nubes ex spiritu & vapore terra generatur: sic Christi corpus formatum est ex Spiritu S. & terrena substantia Deitatis solem temperante, quo vectus est Christus puer, fugiens Herodem in Ægyptum, quasi pariens pluuiam i. e. doctrinam spiritualem, qua paulò post Ægypto impluit tot sancta germina Monachorum totq; flores illustres Ecclesia Alexandrina sub S. Marco & deinceps. Iſychius verò in illud c. 5. Levit. quo tegitur arca, ait, appellari nubem Christi humanitatem, in qua venit ad nos, aut certe verbum Evangelii, quia illo desertur Dominus in varias regiones, atq; ita pracones Evangelii vocari posse nubes volantes, quia Dominum tanquam caelestem imbrem in omnem locum circumferunt. Ita quoque Salmero T. 3. tract. 44. de fuga Christi in Ægyptum, scribit, quod Christus civitatem Solis ingressus (quæ Heliopolis vocatur Græcis) venerit in templum (in quo tot erant idola, quot dies annus solaris complectitur) & ad hunc Virginis cum Christo ingressum omnia simulacra corruerint, atq; tunc impletum fuerit, quod de nube levi prädixerat Esaias; nubem tamen levem de sancta quoque humanitate Christi accipit, in qua delitebat (ceu ait) divinitas. Præterea & Procopius per nubem intelligit Baptismum, ita ut primum Christus in Ægyptum sit ingressus in nube levi, cum incarnatus corpore ex virgine assumpto, ejus brachiis veluti curru Cherubico eò delatus est; postea vero ingressus est veluti in nube gravi aquis onerata, qua rorem pluviæque baptismi caelestem post ascensionem in Ægyptios effudit. Ceterum hæc interpretatio potius allegorica quam literalis est putanda; quanquam allegorici tali locus h. l. esse nequit, ceu ex dicendis patebit. Alii ergo

ergo ex veteribus & recentioribus, cum manifestum sit, verba textus istum non admittere sensum, priores expositiones de Maria &c. pro allegorica interpretatione accipiunt; *literali* verò sensu hunc locum de excidio Ægypti per Assyrios, Babylonios, Persas aut etiam Romanos intelligunt. Ita Haymo, Hugo, Lyranus: neque negat id Hieronymus, qui modo hæc de Christo, modo de Assyriis interpretatur. Sanctilio quoque in Comment. Isai. h. l. p. 195. posterior hæc sententia, quæ *historicè* de clade Ægypti per Assyrios & Babylonios h. l. accipit & in nube celeritatem intelligit, quam Dominus in evertendis adhibuit Ægyptiis, magis probatur; in sensu tamen mystico dicit, *nubem levem* esse Christi humanitatem, quæ divinitatis copiosum & fecundum imbrem i. e. inexhaustas illius opes in orbem invexit. Cornelius à Lapide h. l. ut & Lutherus per *nubem levem velocissimum* intelligit exercitum Assyriacum, cujus quasi dux & ductor fuerit DEUS, qui illos in Ægyptum celerimè & potentissimè immisit, ut instar nubis densæ fulmen i. e. tela & sagittas in Ægyptum vibraret. Licet vero nihil absurdi illa habere sententia videatur, quæ per nubem hanc levem velocissimum & hostilem intelligit exercitum; rectius tamen per incessum Domini super nube levi intrantis in Ægyptum h. l. describitur *Majestas DEI irati, vel majesticus & festinabundus judicis DEI Ægyptum punituri, vel quasi in presens punientis incessus*. Consentit B. Varenus noster Comment. Isai. h. l. p. 131. & B. Seb. Smidius Comment. h. l. p. 167.

§. 4. Nam (1) loquitur Propheta de Domino quasi de Rege potenti & bellicoso, qui celeri equitatu vehatur in hostium terras. In fonte est רוכב ecce Dominus equitat; verum cælestes ipsi eqvos eisdemque velocissimos tribuit, *nubes* nempe *leves* ac celeres Regique cælesti convenientes.

A 3

tes.

tes. (2) *Nubes*, quæ h. l. dicitur  $\text{לָבַן}$  h. e. *levis* (quæ levitas velocitatem notat) de tempestuosa & fulgurante & tonante & velociter incedente est intelligenda, adeoque incessum irati planè DEI connotat: veloces enim nubes solent esse tempestuosæ, Psalm. 118. 8 ---- 16. (3.) Alii quoque in Scripturis DEUS, cum majestas ejus insinuat, *equitare super nubibus* dicitur Psalm. 68. 1. item *equitare super cælis* v. 34. cujus adeo currus sunt nubes Psalm. 104. 3. (4.) Capitis hujus & *titulus* & *contextus* nostræ favet sententiæ, & adversæ, de Christo infante cum Matre vel humanitate vel verbo Evangelii Ægyptum intrante, adversatur. Titulus enim  $\text{אָנֹכִי עָלֵי מִצְרַיִם}$  h. e. *onus Ægypti*, prophetiam notat Ægyptiis onerosam, conf. Disp. 1. partis hujus II. loc. 1. proinde, uti præcedentes Prophetiæ, eundem habentes titulum, Babiloniis, Philistæis, Moabitibus, Syris, Æthiopibus aliisque, ita & hic Ægyptiis excidium prædicit: unde & statim ab initio capitis Ægypti commotio insinuat, hujusque commotionis tum *causa suprema*, quæ Dominus super nube levi equitans, tum quoque *subjectum*, quod sunt Ægyptiorum simulacra & corda, nominantur. Causa vero suprema Dominus describitur (α) ut *majestaticus*, incedens super nube, (β) ut *festinabundus*, super nube levi, (γ) ut *adversarius* contra Ægyptum v. 1. Quis vero onus & triste supplicium id esse putaverit, si dicatur, sive filium DEI incarnatum & infantem cum Matre vel humanitate sua ap. Ægyptios refugium in exilio quæsisisse; sive Evangelii Christi lucem Ægyptiis idololatriâ excæcatis affulsisse? annon potius beneficium hoc esset communibus omnium votis expetendum? Unde hic *Musculus* in Comment. h. l. p. 274. rectè ita: *nisi*, inquit, *premississet* (titulum) *onus Ægypti*, *poterat hac particula* (versus 1.) *suspectum reddere lectorem, in quam*

quam partem, bonamne an malam, adventum hunc Domini in  
Ægyptum acciperet. Verum quia premisit de onere Ægypti, sa-  
tis pramonuit, habere illum non praconium Evangelicum, sed  
minas Divina ultionis. (5.) Nihil est, quod urgeat nos, ut  
cladem istam vel commotionem Ægyptiacam spiritua-  
liter magis & figuratè, quàm corporaliter & propriè in-  
telligamus. (6.) Adversa quoque sententia de Domino in-  
carnato infante, cum Matre in Ægyptum fugiente, quæ  
per nubem hanc levem intelligit vel humanam Christi na-  
turam, vel Virginem Mariam &c. multa habet absona,  
nec adeo toleranda, si vel maximè cum Patribus & Pon-  
tificiis allegorico saltem sensu proponatur. Nam (α)  
ipse positus ער עב-קר i. e. *equitans super nube levi*, ap-  
paratum *exercitæ cujusdam Majestatis* infert, qualis exal-  
tationi convenit: quomodo filius DEI ad judicium in nu-  
be gloriosa apparebit Matth. 26. 24. Tota verò Christi  
infantia ad exinanitionem JESU pertinebat, adeoque hæc  
allegoria exinanitioni ejus repugnat. Neque in sacris ad-  
ventus Domini JESU in nube, nisi sub statu exaltationis me-  
moratur. (β) Quod *humanitas Christi* in Ægyptiaca hac  
fuga & itinerario instar *nubis* habuerit *levis* in ordine ad  
ipsūmet Dominum JESUM tanquam Jhovah & tanquam  
insidentem nubi, inconvenienter dicitur. Neque verò  
sequitur: *humanitas Christi* ad יְהוָה f. DEI filium sese ita  
habuit, ut *nubes* illa *Exodica* ad ipsum Domini Angelum,  
mirabilem Israelis ductorem relata, Exod. 14. 19. seqq.  
umbra ejus fuerit, salvâ mysterii unionis dignitate & in-  
distantiæ illius hypostaticæ eminentiâ: Ergo & in fuga  
hac Ægyptiaca *humanitas* ejus habuit se ut *nubes levis* in  
ordine ad ipsum ut Dominum, *levi*que nubi insidentem.  
Nam prius quidem datur; posterius verò perperam ap-  
plicatur & statui ejus exinanitionis, ceu antè ostensum,  
repugnat.

56.

58.

51

51

4

4

47

46

repugnat. Et quomodo DEus nubi humanitatis in hac fuga infidens, concordet cum illo Angeli imperativo ad Josephum: assume puerum ac matrem ejus & fuge in Ægyptum Matth. 2. 13. non apparet (γ) Si adversa interpretatio, de JESU infante cum Matre in Ægyptum fugiente, locum obtineret, sequeretur non magis Mariam DEI matrem, quam Josephum nubem esse levem; imò & hunc magis, quam illam, propter autoritatem Josephi tam in infantem quam in matrem, esse nubem: siquidem & mandatum Angeli ad Josephum dirigebatur Matth. 2. 13. idemque mandatum ab eodem Josepho executioni dabatur; Joseph enim assumebat infantem & matrem ejus, & secessit cum illis in Ægyptum v. 14. (δ) Adventus Domini JESU in Ægyptum, JESU inquam sive *infantis* sive *predicati*, non fuit ipsi Ægypto pœnalis, neque effectuum tot pœnalia productivus, ex quibus primo statim versu nominatur *tum idolorum Ægyptiacorum commotio*, tum *cordium Ægyptiorum liquefactio*. Ubi notandum, *commotionem idolorum* non statim motionem de loco inferre: (nam Ebræa vox *לעל* tribuitur *cordi* supra c. 7. 2. *Et commotum est cor ejus*: & *terra* c. 24. 20. *labiis* 1. Sam. 1. 13. *capiti* I Job. 16. 5. proinde significatio ejus non statim trahenda est ad motum, quo quid prorsus de loco tollitur) adeoque & h. l. *idolorum commotionem* non tam de materia idolorum effigiata, quasi illa de sede fuerit dejecta, quam de iis, qui idolorum quasi anima erant, nempe Diabolis, intelligendam esse, quippe quibus per divinam Domini super nube eqvitantis potentiam omnis operatio fuit inhibita, quam per idola vel ad idola exerebant. Idola enim hîc considerari, quatenus Ægyptii per ea & oracula & consilia accipiebant, ex seqv. v. 3. colligitur, ubi dicitur, *Ægyptiorum consilia esse frustranda*, ipsosq; tunc sua esse idola consulturos, scilicet

scilicet *frustra*, quod subintelligendum. Postquam enim à Domino super nube levi Ægyptum intrante commovebantur, nulla amplius oracula edebant. Interim credibile est, idolorum quoque materiam in progressu per manus hostium fuisse abreptam, cum aurea procul dubio & argentea fuerit, quam prædæ loco diripuerunt; ligneam vero igni esse traditam & lapideam denique confractam.

§. 5. Ceterum pro adversa, de infante JESU in Ægyptum fugiente, sententia militare (1) illud videtur, quod *Ægyptiorum statuae vel simulacra*, juxta hunc Isaiaë locum, adventante in Ægyptum Christo infante sint *concussa*, & alia planè multa exilium ejus comitata sint miracula: siquidem unicus *de infantia Christi* olim conscriptus *liber* ingentem miraculorum horummet numerum comprehendit. Verumtamen, cum jamdudum à Scriptoribus Ecclesiasticis observatum esse sciamus, librum hunc esse apocryphum, commenta ejus attendere nefas esse putamus. Illa potius respicienda, quæ ex aliis Autoribus tum recentioribus, tum veteribus relata nobis obijciuntur. *Salmeronis* verba T. 3. tract. 44. de fuga Christi in Ægyptum, scribentis, quod ad hunc Virginis cum Christo ingressum omnia corruerint simulacra, atque tunc impletum fuerit, quod de nube levi prædixerat *Isaias*, supra jam §. 3. notavimus. *Salmeroni* consentit *Baronius*, qui in *Annalibus* ex *Sozomeno* refert, ad Christi infantis adventum in terram Ægypti, arborem proceram, quæ Persis vocatur, se ad adorandum infantem Jesum inclinasse & statuas omnes concussas esse. Sed ipsum audire *Sozomenum* præstabit, qui l. 4. histor. c. 20. sequentia annotavit, uti ex Græco translata habent: *Memorant arborem esse, quæ Persis dicitur, Hermopoli, quæ est oppidum Thebaidis, cujus fructus, aut foli-*

B

um,

um, aut particula quadam corticis egrotis admota, morbos & compluribus depulerit. Nam traditum est, Josephum, cum propter Herodem, assumtis secum Christo & Maria Sancta Deipara fugisset, venisse Hermopolim, atq; simul ut portæ appropinquavit, istam arborem, licet planè maximam, adventu Christi turbam esse atque ad solum usque se inflexisse & Christum adorasse. Quæ quidem, si quid ego iudico, significabat, non modo arborem sua sponte commotam esse; verum etiam omnes Ægyptiorum statuas adventante tum Christo, juxta prophetiam Esaiæ concussas &c. Eandem de illa arbore & statuâ relationem Ecclesiastica inferuit historia, quam conscripsit, Nicephorus Callistus lib. 10. c. 31. Imò & alii Scriptores non tantum rem illam eo modo accidisse referunt, sed ut penitus persuadeant, traditionem hanc infallibili etiam predictione Prophetarum stabilire conantur, ad probationem rei allegantes non tantum hunc, de quo agimus, Isaiæ locum, de simulacris Ægypti à facie Domini Ægyptum ingressi commotis: Sed & loca ex Jeremia c. 43. 13. & Ezechiele c. 30. 13. hanc in rem producere non pigrantur. Conf. Epiphanius in Comment. de vitis Prophetarum & Autor Chronici Alexandrini p. 367. Hactenus, quæ objiciuntur & objici possent, adduximus. At verò quamvis alienum à nobis quorundam sit studium, qui nimiam prope veterum credulitatem acerbissimis prosequuntur diatribis, neque veteribus Ecclesiasticæ historiæ Scriptoribus insultare verentur: quomodo & Calvinus, Commentario in Isai. h. l. p. 152. illa hactenus à veteribus & quibusdam recentioribus recensita & objecta ad hunc locum miracula non veretur *figmenta* vocare *puerilia* & *refutatione indigna*: quamvis etiam hæc & alia sanè multa accidere sic potuisse non negemus, siquidem & Sacrà N. T. Scripturâ teste Christus DEI filius, in medio exinanitionis statu, non rarò fulgidif-

gidissimos divinæ majestatis assumptæ Carni communicatæ radios emisit:  
quomodo & Johannes c. 1. 14. *visionem gloriae Domini JESU cum re-*  
*ceptione incarnationis ejusdem archissime conjunxit dicens: Et vidimus*  
*gloriam ejus &c.* Quatenus denique omnium minime *Casauboni* justi-  
cium hac de re latum probemus, quo ne fieri quidem talia potuisse cen-  
suit, ita in *Exerc. Anti-Baron*, p. 192. concludens: *Hæc miracula si vera*  
*sunt, non à Christo, quatenus est Christus, facta sunt, sed Christo conti-*  
*gerunt*: siquidem contra hos *Calvini Socios*, veram & realem idio-  
matum divinorum communicationem, per unionem personalem carni à  
Filio DEI assumptæ factam, constanter credimus & docemus; non pos-  
sumus tamen quin, ubi de his veterum relationibus agitur, tutissimum  
nō *ἐπιχειρῶ* censeamus, adeoque in iis acquiescimus miraculis, de quib-  
us idem Johannes c. 20. ait: *hæc scripta sunt, ut credatis &c.* Inte-  
rim tamen *Spanhemii* conjecturam, quæ in *Dubiis* ejus *Evangel.* part. II.  
Dub. 60. 61. p. 470. legitur, non planè ineptam judicamus. Conje-  
ctat enim, quod à multis miracula sint conficta, ne fugam Christi piorum  
animi offenderentur, & ut fugam hanc à contentu vindicarent. Addi-  
mus nos: & à calumnia tam *Jhudæorum* quam *Ethnicorum* vindicarent.  
Etenim *Jhudæus* ap. *Celsum* (referente *Origene* in *Philocalia* c. 18.) ita  
Dn. JESUM Servatorem nostrum criminando alloquitur: *Quid cum di-*  
*scipulis huc & illuc aufugis? quid te infantem opus erat in Ægyptum de-*  
*ferri, ne interficerere? DEUM enim à morte sibi metueri non oportebit.*  
Ad quam tamen criminationem *Origenes* ibid. respondit, simulque fu-  
gam *Aristotelis* allegavit, ut fugam Servatoris nostri licitam propriis  
gentilium exemplis doceret. Conf. *Eusebius* lib. 9. de *Demonstr. Evan-*  
*gel.* ubi contra infideles eandem in rem prolixius disputavit. Item *Span-*  
*hemii* Dub. *Evangel.* part. 2. dub. 60. 61. p. 471. ubi undecim fugæ ra-  
tiones contra criminationes producit. Ceterum ad citatas miraculo-  
rum probationes quod attinet, loca sane quæ producuntur ex *Isaia*, *Je-*  
*remia* & *Ezechiele*, satis incommode allegantur nihilque probant. De  
primo, nempe nostro *Isaia* loco nihil amplius hic addere vacat, cum  
ex superioribus jam de sensu ejus genuino constet. Ad secundum ex  
*Jerem.* 43. 13. petatum, qui ita juxta *Vulg.* habet: *conteret statuas do-*  
*mus solis, quæ sunt in terra Ægypti &c.* Respond. Scopum Prophetæ  
longè alium fuisse, scilicet ut *Jhudæis* planè immorigeris abitum adver-  
sus DEI jussa in Ægyptum meditantibus, certissimam illius regni rui-  
nam,

56.

53.

51.

51.

4

4

47.

40

nam, adeoque duriora illis, quam in Palæstina metuebant, mala à Rege Babel imminere, annunciaret. Ad *tertium* ex *Ezech.* 30. 13. productum, qui sic habet: *Et disperdam simulacra & cessare faciam idola de Memphis &c.* Respond. ejusdem generis cum præcedente hunc esse locum, adeoque Prophetam prædicere cladem, quam Chaldæi Ægyptiis intulerunt. Vid. præced. c. 29. *Ezech.* v. 18. 19. 20.

§. 6. Deinde etiam pro adversa de infante Jesu in Ægyptum fugiente sententia facere videtur, quod, uti in exemplo *Hof.* 11. 1. de Israël & puero Jesu ex Ægypto revocando typus simul & antitypus eadem litera ad apprehendendum proponitur, cujus adeo sensus literalis alter in scriptura N. Testamenti *Matt.* 2. 15. aperte explicatur, ita & hic apud *Isaiam* sensus ille de Jesu infante in Ægyptum fugiente velut subordinatus priori literali superius exposito, de *Majestatico eog, festinabundo DEI ut judicis Ægyptum punituri incessu*, à Spiritu S. intendatur: dubium enim hoc iisdem ferè verbis proponit *B. Varenius* noster *Comment. part. 2. h. 1. p. 134.* ita ut prius de *Holeæ* loco concedere, posterius vero de hoc *Isaiæ* loco negare videatur, dicendo, *questionis id esse, neg, illud Hoseæ huic exemplo convenire.* Nos autem respondemus utrumque negando. Scilicet uti ap. *Hoseam* c. XI, 1. *Typus simul & antitypus non eadem litera ad apprehendendum* proponitur, sed *Israel & Filius DEI* distincta sunt subjecta, ita ut per filium DEI ap. *Hoseam* literali sensu *Messias DEI* filius juxta *Matthæi* interpretationem c. 2. 15. intelligatur, uti abunde illud in *gemina Dissertatione sua Inaugurali* ad locum *Hof.* 11. 1. ex decreto *R. F. C. tis* nostræ ostendit & singulari laude tunc *Pl. Rev. & præcellentiss. Candidatus noster Dn. Gruenebergius* ad majora sane natus & aptus: ita multò minus hic apud *Isaiam* sub *Domino super nube levi egrotante & Ægyptum intrante* Typus simul & antitypus eadem litera ad apprehendendum proponitur, ceu ex præcedente sensus evolutione clarescit.

§. 7. Tandem de usu quoque loci pauca addemus, cum spatio excludamur: discimus enim hinc (1.) visitationes irati DEI prohibere nihil posse: hostium quidem exercitui potest occurrere multisque ille machinis prohiberi, ne terras ingrediatur nostras, at vero quis adventum DEI prohibebit, qui pro equis utitur nubibus iisque celeribus? (2.) Irascente DEO neminem non commoveri. Utinam &, irati cum DEI vestigia observamus, nostra ad poenitentiam corda commoverentur, & simulacra simul, quibus heu confidimus, loco moveremus!



Corollaria à Respondente adjecta.

- I. **Q**uamvis annus Nativitatis Christi variè decidatur, probabilior tamen istorum videtur opinio, qui intra Millenarium IV. subsistunt.
- II. Constantinus M., non Philippus Arabs, primus inter Imperatores Rom. Christianismo nomen dedit.
- III. Vulgò, planè tamen ἀκούως dicitur, quod Novatiani lapsi omnem denegent in his terris veniam; non enim Novatus, sed Novatianus ita sensisse videtur.
- IV. Rectius creduntur olim Libellatici dicti, qui data pecunia chartam, acsi privatim abnegassent, exhibuerunt, ita semet sc. à publica apostasia redimentes.
- V. Etiam in Historicis & Chronologicis Claritas Scripturae rectius ex conexione Sp. Sancti, quam presumptionibus extraneorum quaeritur.
- VI. Ecclesia Pontificiorum normans & iudex controversiarum fallitur.
- VII. Omnipresencia Corporis Christi est res fidei, non rationis.
- VIII. Pietismus est destructio omnis politioris eruditionis, & apertissima ad obscuritatem via.
- IX. Omnis Apostata directè damnatur.
- X. Circa corporalem dispensat sapius scientia DEI Libera, multaq; necessitantur.



Ad

Clariss. & Præcellentem DN. M. WEIDNERUM;

Ante sexennium in Colleg. Disputatorio super Aug. Confess.  
& Form. Concordiæ Auditorem eximium,

Jam post specimina quædam Philosophica suos etiam profectus R. FCti  
nostræ (hactenus Collegia tum Historico-Ecclesiasticum tum Homiletica  
concedendo conatibus Ejusdem faventi) specimine Theo-  
logico publicè probaturum.

**D**otibus ingenii satis eloquiiq; potentis  
Instructum, voco Te \* munus, Amice, DEI.

Muneris hinc etiam censes hoc esse Tuimet,

Pluribus ut prodis dotibus usq; Tuis,

Ut vere \* Domini munus reputere, quod ipsum


Insuper ingenii tot documenta docent.


Perge Juventuti donis servire DEOq;ve,


Sic augebuntur munera clara DEI:


Erue












Corollaria à Respondente adj

- I. **Q**uamvis annus Nativitatis Christi variè de-  
tamen istorum videtur opinio, qui in-  
subsistunt.
- II. Constantinus M., non Philippus Arabs, primus in  
Christianismo nomen dedit.
- III. Vulgò, planè tamen *ἀκούσιος* dicitur, quod Nova  
denegent in his terris veniam; non enim Nova  
ita sensisse videtur.
- IV. Rectius creduntur olim Libellatici dicti, qui da-  
scsi privatim abnegassent, exhibuerunt, ita sem-  
stasia redimentes.
- V. Etiam in Historicis & Chronologicis Claritas Scri-  
nexione Sp. Sancti, quam presumptionibus extra
- VI. Ecclesia Pontificiorum normans & iudex contro-
- VII. Omnipresencia Corporis Christi est res fidei, non
- VIII. Pietismus est destructio omnis politioris eruditio-  
ad obscuritatem via.
- IX. Omnis Apostata directè damnatur.
- X. Circa corporalia dispensat sæpius scientia DEI  
cessitantur.

Ad  
Clariss. & Præcellentem DN. M. WEI  
Ante sexennium in Colleg. Disputatorio super A  
& Form. Concordiæ Auditorem eximium  
Jam post specimina quædam Philosophica sutos etiam  
nostræ (hactenus Collegia tum Historico - Ecclesiasticum  
concedendo conatibus Ejusdem faventi) specimi-  
logico publicè probaturum.

**D**otibus ingenii satis eloquiiqve potenti  
Instructum, voco Te \* *munus*, A  
Muneris hinc etiam censes hoc esse Tuime  
Pluribus ut prosis dotibus usqve Tui  
Ut vere \* *Domini munus* reputere, quod ip  
Insuper ingenii tot documenta docen  
Perge Juventuti donis servire DEOqve,  
Sic augebuntur *munera* clara DEI:



the scale towards document

philos  
IV.  
Rom.  
nem  
anus  
am,  
apo-  
con-  
ur.  
r.  
sima  
ne-  
son  
M;  
Cti  
ne

56.  
53.  
51.  
51.  
4  
4  
47  
46